



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XCII. De superstitione, quæ opponitur religioni.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

antur, tum quia diutius moratur super eodem: tū quia, ut Aug. dicit in 10. confess. Omnes affectus spiritus nostri pro sua diuersitate habent proprios modos in voce, atque cantu, quorum occulta familiaritate excitantur. Et eadem etiam est ratio de audientibus, in quibus etiam aliquando non intelligunt, que cantantur, intelligunt tamen propter quid cantantur, scilicet ad laudem Dei: & hoc sufficit ad deuotionem excitandam.

Super quæst. nonagymam secundam.

QVAESTIO XCII.

De uitii religioni oppositis, in duos articulos diuisa.

OSTENDEA considerandū est de uitii religioni oppositis.

¶ Et primò, De illis, quæ cum religione conueniunt in hoc, quod exhibent cultum diuinum.

¶ Secundo, De uitii manifestam contrarietatem ad religionem habentibus, per contemptum eorum, que pertinent ad diuinum cultum. Primum autem horum pertinet ad superstitionem: secundum autem ad irreligiositatem. Vñ primo considerandum est de ipsa superstitione, & de partibus eius. Deinde de irreligiositate, & partibus eius.

CIRCA primū quaruntur duo.

¶ Primò, utrum superstitio sit uitium religioni contrarium.

¶ Secundo, utrum habeat plures partes, seu species.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum superstitio sit uitium religioni contrarium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod superstitio non sit uitium religioni contrarium. Vnum enim contrarium non ponitur in diffinitione alterius: sed religio ponitur in diffinitione superstitionis. dicitur enim superstitio esse religio supra modum seruata, ut patet in glo. ad Coloss. 2. super illud, Quæ sunt rationem habentia sapientia in superstitione. ergo superstitio non est uitium religioni contrarium.

¶ 2. Preter. Isidor. dicit in lib. ety. Superstitiosos ait Cicero appellatos, qui totos dies deprecabatur, & immolabant, ut sui sibi liberi potest fieri secundum ueræ religionis cultum. ergo superstitio non est uitium religioni oppositum.

¶ 3. Preter. Superstitio quendam excessum importare uidetur, sed religio non potest habere excessum, quia sicut supra dictum est, secū

dum eam non contingit æquale Deo reddere eius, quod debem⁹: ergo superstitio non est uitium religioni oppositum.

SED CONTRA est, quod August. dicit in lib. de decem chordis. Tangis primam chordā, qua colitur vnus Deus, & cecidit bestia superstitionis: sed cultus vnus Dei pertinet ad religionem: ergo superstitio religioni opponitur.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, religio est uirtus moralis. Omnis autem uirtus moralis in medio consistit. ut supra habitum est: & ideo duplex uitium uirtuti morali opponitur. Vnum quidem secundum excessum: aliud autem secundum defectum. Contingit autem excedere medium uirtutis non solum secundum circumstantiam, quæ dicitur quantum, sed etiam secundum alias circumstantias.

Vnde & in aliquibus uirtutibus, sicut in magnanimitate, & magnificētia, uirtus excedit uirtutis medium, non quia ad maius aliquid tendat quam uirtus, sed forte ad minus. Transcendit tamen uirtutis medium, in quantum facit aliquid, cui non debet, vel quando non debet, & similiter secundum alia huiusmodi, ut patet per Philosophum in 4. Ethic. Sic ergo superstitio est uitium religioni oppositum secundum excessum, non quia plus exhibeat in cultum diuinum, quam uera religio, sed quia exhibet cultum diuinum vel cui non debet, vel eo modo quo non debet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut bonū metaphorice dicitur in malis, prout dicimus bonū latronem: ita etiam nomina uirtutum quandoque transumptiue accipiuntur in malis, sicut prudentia quæque ponitur pro astutia, secundum illud Luc. 16. Filij huius sæculi prudentiores filij lucis sunt: & per hunc modum superstitio dicitur esse religio.

AD SECUNDVM dicendum, quod aliud est etymologia nominis, & aliud est significatio nominis. Etymologia attenditur in id, a quo imponitur nomen ad significandum: nominis uero significatio secundum id, ad quod significandum nomen imponitur, quæ quandoque diuersa sunt. Nomen enim lapidis imponitur a læsione pedis, non tamē hoc significat: alioquin ferunt, cum pedem lædat, lapis esset. Similiter etiam nomen superstitionis non oportet quod significet illud, a quo nomē est impositum.

suas construunt, continent, laxant, & aliquas creaturas quædoque assumunt ad sua opera, quasi sacramentalia quedam.

¶ In responsione ad primum eiusdem secundum articuli aduertente diligenter tu speculatiue, quod licet prima fronte appareat, quod quemadmodum religio est uirtus una secundum speciem, eo quod actus eius adæquatus est vnus, scilicet colere Deum, quoniam in hoc actu clauditur & diuina reuerentia, & hominis seruitus respectu Dei, ad quæ duo ordinantur omnia religionis opera, ut superius in questionibus octuagesimæ primæ, articulo tertio ad secundum didicimus: ita in superstitione colente creaturam, una est species, cuius proprium est colere creaturam, & illam uenerando sacrificijs, & illi subiuciendo hominem: & in hoc quod instrui per illam curat, & in hoc quod sigis illius se subiicit, obseruando illa: Quia tamen ex communibus patet, quod multa ad uirtutum distinctionem sufficiunt, quæ non sufficiunt ad diuersificandum uirtutem, ut patet in materijs moralium, in quibus una existente uirtute, duo sunt uitia.

Et ratio suffragatur communis, quia ad constitutionem boni multa exiguntur: ad malum autem, quodlibet sufficit, ut in littera ex Dionysio dicitur: ideo in speciali intuitus est author, quod illi tres fines, scilicet reuerentia, instructio, & directio, licet non sufficiant ad distinguendam religionem, sufficiunt tamen ad distinguendam superstitionem.

Quo fit ut inuolutus uno malo, puta, diuinatione, non sit inuolutus altero, puta, idolatria: religionis autem uirtutem nemo habeat, nisi qui integre omnibus polleat.

¶ In responsione ad secundum aduertente, quod quia uis argumenti stat in hoc, quod sicut religio est in ordine

Ca. 9. a med. tom. 9.

q. 81. art. 5.

1. 2. q. 64. artic. 1.

Lib. 4. c. 1. & 5. 10. 5.

D. 926.

dine ad Deum: ita superstitio contraria est in ordine ad creaturam, puta, demonem, cui cultus exhibetur. Sed diuinitas, & obseruatio est in ordine ad euentus & actus nostros; ergo non sunt superstitio- nis species. Ideo resposito directe facti facit argumento, dicendo, qd diuinationes, & obseruationes in quantum demoniacae, sunt species superstitio- nis, & non in quantum humana opera. Si- cut etiam sub religione comprehenditur: nunc opera hominum in quantum diuina, per assumptionem aliquid diuini, ut supra patuit, ita qd in omnibus istis saluatoris ordi aliquis reuerentialis ad demonem, inuocando ipsum, & subijciendo se instituti eius; sicut in religionibus multis operibus accidit respectu Dei, ut patet in iuramento, sacramentis, & huiusmodi. Et tu bene seruabis hoc in corde tuo, ut inde postmodum discernas in obseruationibus, & diuinationibus, rationem peccati mortalis, vel uenialis, ut infra declarabimus.

Inf. q. 94. ar. 2. c. 1.
Li. 1. c. 13. to. 1.
Glo. ordinaria ibid sup illud. Ad firmitate carnis ex Amb. Li. 2. c. 20. ut que ad 24. rom. 3. Ar. preced.
1. 2. q. 72. ar. 2.
1. 3. q. 1. ar. 3. & q. 18. ar. 4. 5. 6. 10. & 11.

AD TERTIVM dicendum, F quod religio non potest habere excessum secundum quantitatem absolutam: potest tamen habere excessum secundum quantitatem proportionis, prout scilicet in cultu diuino fit aliquid, quod fieri non debet.

ARTICVLVS II.

Utrum sint diuersae superstitio- nis species.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, qd non sint diuersae superstitio- nis species, quia Si unum oppositorum dicitur multipliciter, & reliquum: sed religio cui opponitur superstitio, non habet diuersas species, sed omnes eius actus ad unam speciem referuntur: ergo nec superstitio habet diuersas species.

¶ 2 Praet. Opposita sunt circa idem: sed religio, cui opponitur superstitio, est circa ea, quibus ordinamur in Deum, ut supra habitum est: non ergo species superstitio- nis, quae opponitur religioni, possunt attendi secundum aliquas diuinationes humanorum euentuum, uel secundum aliquas obseruationes humanorum actuum.

¶ 3 Praet. Ad Coloss. 2. super illud, Quae sunt rationem habentia sapientiae in superstitio- ne, dicitur glo. id est, in simulata religio- ne: ergo etiam simulatio debet poni species superstitio- nis.

SED CONTRA est, qd Aug. in 2. de doctr. christia. diuersas species superstitio- nis assignat.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut supra dictum est, uirtutum superstitio- nis consistit in hoc, qd transcendit uirtutis medium secundum aliquas circumstantias, ut supra dictum est. Non enim querit circumstantiarum corruptarum diuersitas uarietatem peccati speciem, sed solum quando referuntur ad diuersa obiecta, uel diuersos fines. Secundum hoc enim morales actus speciem sortiuntur, ut supra habitum est. Diuersificantur ergo superstitio- nis species. Primo quidem, ex parte obiecti. Potest enim diuinus cultus exhiberi, uel cui exhibendus est, scilicet Deo uero, modo tamen indebito, & haec est prima superstitio- nis species: uel ei, cui non debet exhiberi, scilicet cuiusque creaturae, & hoc est aliud superstitio- nis genus, quod in multas species diuiditur, secundum diuersos fines diuini cultus. Ordinatur enim primo diuinus cultus ad reuerentiam Deo exhibendam: & secundum hoc, prima species huius generis est idolatria, quae diuinam reuerentiam indebite exhibet creaturae. Secundo, ordinatur ad hoc, quod homo instruat a Deo, quem colit: & ad hoc pertinet superstitio diuinata, quae demones consulit per aliqua pacta cum eis inita uel tacita, uel expressa. Tertio, ordinatur diuinus cultus ad quandam directionem humanorum actuum secundum instituta Dei, qui colitur: & ad hoc pertinet su-

perstitio quarundam obseruationum, sicut Aug. in 2. de doctr. christia. dicitur esse quicquid institutum est ab hominibus, & colenda idola pertinentis: & hoc ipsum. & postea subdit. Vel ad colenda quaedam significationum cum demone, atq; federata, quod pertinet ad haec pauca subdit: Ad hoc genus pertinet tur, & huiusmodi, quod pertinet ad haec.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd sicut dicitur 4. cap. de diuin. nomin. Bonum est, & integra causa, malum autem est defectibus. Et ideo uni uirtuti plura inchoantur, ut supra habitum est. Verbum autem phi. ueritatem habet in opposito, in quo dem ratio multiplicationis.

AD SECVNDVM dicendum, qd obseruationes aliquae pertinent ad superstitio- nem, quantum dependunt ex aliquibus demone, & sic pertinent ad quaedam eius inita.

AD TERTIVM dicendum, qd similitudine dicitur, quando traditioni humane, non nis applicatur, prout in glo. sequitur. In lata religio nihil est aliud, quam cultus habitus modo in debito, sicut si aliquis tiam uellet colere Deum, secundum ritum. Et de hac ad literam loquitur glo.

QVAESTIO XCII.

De speciebus superstitio- nis, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de speciebus superstitio- nis.

¶ Et primo, De superstitio- ne indebiti cultus ueri Dei.

¶ Secundo, De superstitio- ne idolatrie.

¶ Tertio, De superstitio- ne diuinationum.

¶ Quarto, De superstitio- ne oblectationum.

CIRCA primu queruntur duo.

¶ Primo, Utrum in cultu ueri Dei possit esse aliquid perniciosum.

¶ Secundo, Utrum possit ibi esse aliquid superstitium.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum in cultu ueri Dei possit esse aliquid perniciosum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod in cultu ueri Dei non possit esse aliquid perniciosum: Dicitur enim Ioc. 1. Omnis, qui cumque inuocauerit nomen domini, saluus erit. sed quicumque colit Deum, quocumque modo, inuocat nomen eius: ergo omnis cultus Dei comparatur ad salutem, nullus ergo est perniciosus.

¶ 2 Praet. Idem Deus est, qui colitur iustis quacumq; modo, &